This page was intentionally left blank

*

Pagina lasciata intenzionalmente vuota

Landau Finaly 22

ulr ſaluus eſſe. ante omnia opus eſt ut
teneat catholicam fidem Quam niſi q̃s
q; integram inuiolatamq; ſeruauerit abſ

q; dubio inetemum peribit. Hec aut
tem catholica hec est. ut unum deum in tri
nitate & trinitatem in unitate ueneremr.
Neq; confundentes psonas. neq; sub
stantia seperantes. Alia est enim per
sona patris alia filij. alia spiritus sancti.
Sed patris & filij et spiritus sancti una
est diuinitas. equalis gloria coeterna
magestas. Qualis pater talis filius
talis spiritus sanctus. Increatus pa
ter. increatus filius. increatus spiritus
sanctus. Immensus pater immensus
filius. immensus sps sanctus. Eter
nus pater. eternus filius. eternus sps sanctus.
Et tamen non tres eterni. sed unus eter
nus. Sicut non tres increati nec tres
immensi. sed unus increatus et unus imme
sus. Similiter omnipotens pater. om
nipotens filius. omnipotens spiritus
sanctus. Et tamen non tres omni
potentes. sed unus omnipotens. Ita ds

pater. deus filius. deus spiritus sanctus.
Et tamen non tres dij. sz unus est deus.
Ita dominus pater. dominus filius. do
minus spūs sanctus. Et non non
tres domini. sz unus est dominus Qui
sicut sigillatim unam quamqz pſonam
deum aut dominum confiteri xpiana ue
ritate cōpellimur. Ita tres deos aut do
minos. dicere catholica religione prohibe
mur. Pater a nullo ē factus. nec ere
tus nec genitus. Filius a patre solo ē.
non factus nec creatus sz genitus. Spūs
sanctus a patre & filio. non factus. nec ere
tus. nec genitus. sz procedens. Unus
ergo pater non tres patres. unus filius
non tres filij. unus spiritus sanctus nō
tres spūs sancti. Et in hac trinitate nil
chil prius aut posterius. nichil maius
aut minus. Sed tote tres psone co
eterne sibi sunt. et coequales. Ita ut p
omnia sicut iam supradictum est. et tri

nitas inuitate. et unitas in trinitate
ueneranda sit. Quicunque ergo salu
esse. ita de trinitate sentiat. Sed ne
cessarium est ad eternam salutem. ut i
carnatione domini nri ihesu xpi unusq
q; fideliter credat. Est ergo fides rec
ta ut credamus et confitemur. qd dns
nr ihesus xps. dei filius deus et homo ē.
Deus est de substantia patris ante sc
ula genitus. et homo ē de substantia
matris in seculo natus. Perfectus de
perfectus homo. ex anima rationali. et hu
mana carne subsistens. Equalis pa
tri secundum diuinitatem. minor patre
secundum humanitatem. Qui licet
deus sit et homo. non duo tamen sed unus
est xps. Unus autē non conuersione
diuinitatis in carnem. sed assumptione hu
manitatis in deum. Unus omnino
non confusione substantie. sed unitate
persone. Nam sicut anima ratiōna

us et cap unus est homo. ita deus. et ho
mo unus est xps. Qui passus est pro
salute nra. descendit ad inferos. tertia di
e resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos
sedet ad dexteram dei patris omnipoten
tis. inde uenturus iudicare uiuos et mor
tuos. Ad cuius aduentum omnes ho
mines resurgere habent cum corporibus
suis. et reddituri sunt de factis propris ra
tionem. Et qui bona egerunt ibunt
in uitam eternam. qui uero mala in ignem
eternum. Hec est fides catholica quam
nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit. saluus
esse non poterit.

Explicat liber psalterii. Deo gratias.

Incipiunt psepte psalmi peniten
ciales. antha. Ne reminiscaris. ps. phi.

Domine ne in furore tuo arguas me. neq; in ira tua corripias me. Quoniam infirmus sū.

secundus psalmus.

Beati quorum remisse sunt iniquitates. et quorum tecta sūt peccata.

Tertius psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me. neq; in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue.

Quartus psalmus.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem.

Quintus psalmus.

Domine exaudi orationem meam. et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciē tuam.

Sextus psalmus.

De profundis clamaui ad te dñe.
domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes.

Septimus psalmus.

Domine exaudi orationem me
am auribus percipe obsecratio
nem meam. in ueritate
exaudi me in tua iustitia.

Antiphà.

Ne reminiscaris domine no
stra uel parentum nostrorum. neq; ui
dictam sumas de peccatis nostris.

Incipiunt letanie sanctorum.


KYRIELEYSON.
Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson.
Kyrieleyson audi nos. Kyrieleyson exaudi nos. Pater
de celis deus miserere nobis.

Rilij redemptor mundi deus miserere nob.
Spūs sancte deus miserere nobis
Scā trinitas unus deus miserere nobis.
Scā Maria ora pro nobis.
Scā Dei genitrix ora pro nobis.
Scā virgo virginum. ora pro nobis.
Sce Michael. ora.
Sce Gabriel. ora.
Sce Raphael. ora.
Omnes sancti angeli & archangeli orate p.
nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum or
anes. orate pro nobis.
Sce Johannes baptista. ora.
Omnes scī patriarche & prophete orate pro
Sce Petre. ora.
Sce Paule. ora.
Sce Andrea. ora.
Sce Jacobe. ora.
Sce Johannes. euāgelista. ora.
Sce Jacobe. ora.

ā Philippe. ōr.
ā Bartholomee. ōr.
ā Matthee. ōr.
ā Symon. ōr.
ā Thadee. ōr.
ā Mathia. ōr.
ā Barnaba. ōr.
ā Luca. ōr.
ā Marce. ōr.
Omnes sancti apostoli et euangeliste
orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli dñi orate pro nob.
Omnes scī Innocentes. orate pro nobis.
ā Stephane. ōr.
ā Laurenci. ōr.
ā Vincenci. ōr.
ā Fabiane. ōr.
ā Sebastiane. ōr.
ā Vpolite. ōr.
ā Johannes et paule. ōr
ā Cosma 7 Damiane. ōr.

Sci Gervasij 7 Protasij. ora.
Omnes sancti martires. ora.
cē Silvester. o.
cē Gregorij. o.
cē Martine. o.
cē Augustine. o.
cē Ambrosi. o.
cē Jeronime. o.
cē Nicholae. o.
Omnes sē pontifices 7 cōfessores. ora.
Omnes sancti doctores. ora.
cē Benedicte. o.
cē Francisce. o.
cē Antoni. o.
cē Dominice. o.
Omnes sancti monachi 7 heremite ora.
Omnes sē sacerdotes et leuite. ora.
cā Anna. o.
cā Maria magdalena. o.
cā Agnes o.
cā Lucia. o.

Per aduentum tuum .l'.
Per natiuitatē tuam .l'.
Per baptismū ⁊ scm ieiunii tuum .l'.
Per crucē ⁊ passionem tuam .l'.
Per mortē et sepulturā tuam .l'.
Per sanctam resurrectionē tuam .l'.
Per admirabilē ascēsionem tuam .l'.
Per aduentum spūs sci paracliti. .l'.
In die iudicij .l'.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas. .t.
Ut nobis indulgeas. .t.
Ut aduersā penitentiā nr̄ pduc̄ digneris .t.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere et
conseruare digneris .t.
Ut dompnum apostolicum et omnes
ecclīasticos ordines in sancta religione cō
seruare et defendere digneris. .t.
Ut inimicos scē ecclesie humiliare di
gneris. .t.
Ut regibus et principibus xpianis pa

cem et ueram concordiam donare digne
ris. ℟.
Ut cuncto populo xpiano pacem uni
tatem donare digneris. ℟.
Ut nos metipsos in tuo sancto seruitio
confortare et conseruare digneris. ℟.
Ut mentes nostras ad celestia desideria
erigas. ℟.
Ut omnibus benefactoribus nris sempi
terna bona retribuas. ℟.
Ut animas nrorum fratrum ppinquorum et
benefactorum nror ab eterna dampna
tione eripias. ℟.
Ut fructus terre dare et conseruare di
gneris. ℟.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem
eternam donare digneris. ℟.
Ut nos exaudire digneris. ℟.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi.

exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.

℣. exaudi nos. ℣. exaudi nos.

℟. vnde lesion ℟. de lesion ℟. vnde lesion. ℣. patri nr. ℣. et nenos. ℟. sed libera nos a malo. amē. Ave maria gratia plena. ⁊c. ℟. Omnus eam. ⁊c.

Deus in adiutorium meum intende. domine ad adiuuandum me festina. Confundant et reuerentur: qui querunt animā mea. Auertantur: retrorsum et erubescāt. qui uolunt mihi mala. Auertantur statim. et erubescentes. qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te. ⁊dicāt semp magnificetur dominus. qui diligunt salutare tuum. Ego uero egenus ⁊ pauper sum. deus adiuua me. Adiutor ⁊

meus ⁊ liberator meus esto. domine ne mo
reris. Gloria patri et filio ⁊ spiritui
sancto. Sicut erat. ⁊c. ℣. Saluos fac s
uos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus me
us sperantes in te. ℣. Esto nobis do
mine turris fortitudinis. ℟. A facie i
nimici. ℣. Nichil proficiat inimicus
in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō appo
nat nocere nobis. ℣. Domine non secū
dum peccata nrā facias nobis. ℟. Neqꝫ
secundum iniquitates nrās retribuas no
bis. ℣. Oremus pro benefactoribus
Dominus conseruet eum et viuificet eū
et beatum faciat eum in terra. et non tradat
eum in animā inimicorum eius. ℣. Ore
mus pro benefactoribus nrīs. ℟. Retri
buere dignare domine omnibus nobis
bona facientibus propter nomen sanctū
vitam eternam. Amen. ℣. Oremus pro
omnibus fidelibus defunctis. ℟. Requiē
eternam dona eis domine et lux perpetua

lucat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟.
Amen. ℣. Inimicus non nocebit ei. ℟. Filius iniquitatis non apponet nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis a facie inimici. ℟. Et defensor tuear eos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationem nostram. nos et omnes famulos tuos quos delictorum catena constringit. tue miserationis pietatis absolvat. Oremus.

Clementissime deus quesumus omnipotens supplicum preces. et confitentium tibi parce peccatis. ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Oremus.

Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostende. ut simul nos et a peccatis

omnibus eruas et a penis et a tribulationibus
quas pro hijs meremur eripias. Oratio.

Deus qui culpa offenderis pe
nitentia placaris preces popu
li tui supplicantis propitius respi
ce. et flagella tue iracundie que pro pec
catis nostris meremur auerte. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus
miserere famulo nostro
domino Galeaz Comiti uirtutum
et dirige eum secundum tuam clementiam
in uiam salutis eterne. ut te donante tibi
placita cupiat. et tota uirtute perficiat. Oratio.

Deus a quo sancta desideria recta
consilia et iusta sunt opera. da
seruis tuis illam quam mundus
dare non potest pacem. ut corda nostra man
datis tuis dedita et hostium sublata for
midine tempora. sint tua protectione tran
quilla.

Oratio

Accende sancte spiritus mentes nostros et cor nostrum domine ut tibi casto corpore seruiamus. et mundo corde placeamus. oratio.

Deus omnium condi tor et redemptor. animabus famulorum famularumq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum. ut indulgentiam quam semp optauerunt pijs supplicationibus obtineant. oratio.

Celones nras quesumus do mine aspirando preueni et ad iuuando prosequere. ut cuncta nostra oratio et operatio. a te semper incipiat. et per te cepta finiatur. oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul et mortuorum. omniumq; misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis. te supplices exoramus ut

pro quibus effundere preces decreuimus.
quesq; uel presens seculum adhuc incar
ne retinet uel futurum iam exutos corpo
re suscepit intercedentibus omnibus scis
tus pietatis tue clementia omnium de
lectorum suorum uenam consequantur.
Dominum nm ihm xpm filiu tuu. &c. ℟.
Gaudiat nos omnipotens et misericors
dominus. ℟. Amen.

Incipit officium gloriose virginis ma
ne secundum consuetudinem sancte ro
mane ecclie. Ad matutinum Versus.

OMNIPOTENCIA

mea aperies. Et os meum annunti
bit laudem tuam
Deus in ad
torium meum intende. Domine
ad adiuuandum me festina. Glo
ria

patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc ⁊ semper ⁊ in secula
seculorum amen. Alleluya. A septua
gesima usq; ad pascha dicitur loco. Alla
Laus tibi domine rex eterne glorie.
Ad matutinum Invitatorium. Ave
maria gratia plena. Dominus tecu. ℣.
Venite exultemus domino.
Jubilemus deo salutari no
stro. Preoccupemus faciem
eius in confessione. ⁊ in psalmis ubi
lemus ei. Ave maria gratia plena. ⁊
Dominus tecum. Quoniam deus
magnus dominus ⁊ rex magnus super
omnes deos. Quoniam non repellit do
minus plebem suam. quia in manu ei⁹
sunt omnes fines terre ⁊ altitudines mo
tium. ipse conspicit. Dominus tecu.
Quoniam ipsius mare ⁊ ipse fecit illo.
⁊ aridam fundauerunt manus eius ma
nus eius. Venite adoremus ⁊ procida

mus ante deum ploremus coram domi
no qui fecit nos quia ipe est dominus &
deus noster nos autem populus eius &
oues pascue eius. Aue maria gra
plena. Dominus tecum. Nolite
si uocem eius audieritis nolite obdura
re corda uestra sicut in exacerbatione.
Secundum diem temptationis in deser
to ubi temptauerunt me patres uri. pbaue
runt & uiderunt opera mea. Domi
tecum. Quadraginta annis proximus
fui generationi huic & dixi semper hi er
rant corde. Ipsi uero non cognouerunt
uias meas quibus iuraui in ira mea si
introibunt in requiem meam. Aue
maria gratia plena. Domi tecum.
Gloria patri & filio & spiu sancto. Si
cut erat in principio & nunc & semper &
in secula seculorum. Amen. Domi
tecum. Aue maria gratia plena: &
Dominus tecum. Ymnus:

Quem terra pontus ethera. col
lunt adorant p̄dicant. trinā re
gentem machinam. claustrū
marie baiulat. Cui luna sol ⁊ omnia.
deseruiunt p tempora. pfusa celi gratia.
gestant puelle uiscera. Beata mater
munere. cui⁹ supnus artifex. mundū pu
gillo otinens. uentris sub archa clausus
est. Beata celi nuntio. fecunda sc̄o
spū. desideratus gentibȝ. cuius p aluum
fusus ē. Gloria tibi dn̄e. qui natus es
de uirgine. cum patre sancto spū. in sem
piterna secula. Amen. Die dn̄ico. die lu
ne ⁊ die iouis dicunt̄ isti tres psalmi cū
suis antiphis. Ant. Benedicta tu. ps.
Domine dominus noster. q̄ ad
mirabile ē nomen tuum in uni
uersa terra. Quoniā eleuata
ē magnificentia tua. sup celos. Ex ore
infantiū ⁊ lactentiū pfecisti laudē ppter
inimicos tuos. ut destruas inimicū ⁊ ulto

rem. Quoniam uidebo celos opera digito
rum tuorum lunam et stellas que tu fundas
sti. Quid est homo quod memor es eius
aut filius hominis quoniam uisitas eum.
Minuisti eum paulominus ab angelis glo
ria et honore coronasti eum. et constituisti eum
sup opa manuum tuarum. Omnia subie
cisti subtus pedes eius. oues et boues uniuersas
insuper et pecora campi. Uolucres celi et
pisces maris. qui perambulant semitas
maris. Domine dominus noster quam ad
mirabile est nomen tuum in uniuersa terra.
Gloria patri et filio et spiritui sancto
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula
seculorum amen. ant. Benedicam dominum
in omni tempore semper laus eius in ore meo.
ant. Benedicite omnia opera domini domino.
ant. Sancta trinitas. psalmus dauid.
Celi enarrant gloriam dei et opera
manuum eius annuntiat firma
mentum. Dies diei eructat
uerbum et nox nocti indicat scientiam. Non
sunt loquelle neque sermones. quorum non au

dianter uoces eorum. In omnem terrā exi
uit sonus eorum. 7 in fines orbis terre uerba eo
rum In sole posuit tabernaculum suum. et
ipe tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo.
Exultauit ut gigas ad currendam uiā.
a summo celo egressio eius Et occursus eius
usq; ad summum eius. nec est qui se abscōdat ca
lore eius Lex domini immaculata cōuer
tens animas. testamentum domini fidele sa
pientiam prestans parulis Iustitie dni
recte letificantes corda. precepta domini
lucidum illuminās oculos timor domi
ni sanctus permanet in seculum seculi. iudicia
domini uera iustificata in semetipsa. Des
derabilia sup aurum et lapidem pretiosum
multū. et dulciora sup mel 7 fauum. Et
enim seruus tuus custodit ea. in custodien
dis illis retributio multa. Delicta quis
intelligit ab occultis meis munda me. 7 ab
alienis parce seruo tuo Si mei nō fue
rint dominati tunc immaculatus ero. et
emundabor a delicto maximo Et erunt

ut complaceant eloquia oris mei. et medita
tio cordis mei. in conspectu tuo semper. Do
mine adiutor meus et redemptor meus.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Si
cut erat in principio et nunc et semper et in se
cula seculorum amen. ant. Sicut myr
ra electa odorem dedisti suavitatis. ant.
Ante thorum huius virginis. psalm.
Domini est terra et plenitudo
eius. orbis terrarum et univer
si qui habitant in eo. Quia
ipse super maria fundavit eum. et super flumi
na preparavit eum. Quis ascendet in
montem domini. aut quis stabit in loco
sancto eius. Innocens manibus et mundo
corde. qui non accepit in vano animam
suam. nec iuravit in dolo proximo suo. Hic
accipiet benedictionem a domino. et miseri
cordiam a deo salutari suo. Hec est genera
tio querentium dominum. querentium faci
em dei iacob. Attollite portas principes
vestras. et elevamini porte eternales. et introi

bit rex glorie. Quis est iste rex glorie do
minus fortis et potens. dominus potens in
prelio. Attollite portas principes uestras
et eleuamini porte eternales. et introibit rex
glorie. Quis est iste rex glorie. dominus uir
tutum ipse est rex glorie. Gloria patri
et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio
et nunc et semper et in secula seculorum. amen.
ant. Ante thorum huius uirginis fre
quentate nobis dulcia cantica dragma
tis. V. Diffusa est gratia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te deus in eter
num. Absolutio.
Precibus et meritis beate ma
rie semper uirginis et omnium
sanctorum perducat nos dominus
ad regna celorum. R. Amen. V. Iu
be domne benedicere. benedictio. Nos
cum prole pia benedicat uirgo maria. Rm.
Amen. Lectio prima.
In omnibus requiem quesiui
et in hereditate domini mora

bor

tor. Tunc precepit et dixit michi, creator omnium et qui creavit me requievit in tabernaculo meo. et dixit michi. In iacob inhabita. et in ysrael hereditare. et in electis meis mitte radices. Tu autem domine miserere. R. Deo gratias. R. Sancta et immaculata virginitas quibus te laudibus referam nescio. Quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti. V. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti.

Et sic in syon **lectio secunda.** firmata sum et in civitate sanctificata similiter requievi. et in yherusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato. et in partes dei mei hereditas illius. et in plenitudine sanctorum detentio mea. Tu autem domine miserere. R. Deo gratias. R. Beata es virgo maria. que dominum portasti

creatorem mundi. Genuisti qui te fecit et
in eternum permanes virgo. ℣. Ave
maria gratia plena dominus tecum. Ge-
nuisti qui te fecit et in eternum permanes
virgo. ℣. Iube domne benedice-
re. benedictio. Per virginem matrem con-
cedat nobis dominus salutem et pacem. ℟.
Amen. lectio tercia.
Quasi cedrus exaltata sum in li-
bano. et quasi cypressus in mon-
te syon. Quasi palma exaltata
sum in cades. et quasi plantatio rose in ye-
richo. Quasi oliva speciosa in campis. et
quasi platanus exaltata sum iuxta aquas.
In plateis sicut cynamomum et balsamum
aromatizans odorem dedi. quasi mirra elec-
ta dedi suavitatem odoris. Tu autem domine
nostri miserere. ℟. Deo gratias. ℟m.
Felix namque es sacra virgo maria et om-
ni laude dignissima. Quia ex te enim or-
tus est sol iusticie Christus deus noster. ℣.

Oña pro populo intercede pro clero in
tercede pro devoto femineo sexu. sentiat
omnes tuum iuvamen. quicūq; celebrat
tuā sanctam memoriam. Oña
ecce cum ortus est solis hac. xps deus
ni. Gloria patri 7 filio 7 spiritui sco.
Xps deus noster

mus. te dnm. Te eternum patrem. omnis
terra ueneratur. Tibi omnes angeli tibi ce
li. tumuerse potestates. Tibi cherubin et
sephyn. incessabili uoce proclamant. Scs.
Scs. Scs dns deus sabaoth. Ple
ni sunt celi et terra maiestatis gloriе tuе. Te
gloriosus. apostolor chorus. Te ppheta
laudabilis numerus. Te martyr candida
tus. laudat exercitus. Te per orbem terra
rum. sca confitetur ecclia. Patrem immē
se maiestatis. Venerandum tuum uerum et
unicum filium. Sanctum quoq; paracli
tum spiritum. Tu rex gloriе xpe. Tu
patris sempiternus es filius. Tu ad liberā
dum suscepturus hominē. non horruisti uir
ginis uterum. Tu deuicto mortis aculeo.
aperuisti credentibus regna celor. Tu
ad dexteram dei sedes in gloriam patris. Iu
dex crederis esse uenturus. Te ergo que
sumus tuis famulis subueni. quos pretio
so sanguine redemisti. Eterna fac cū sāc

tuis gloria munerum. Salvum fac populū
tuū dñe. & benedic hereditati tue. Et rege eos
& extolle illos. usq; in eternum. Per singu
los dies benedicimus te. Et laudamus
nomen tuum in eternum & in seculum seculi.
Dignare dñe die isto. sine peccato nos cu
stodire. Miserere nri dñe miserere nostri.
Fiat misericordia tua dñe super nos. quem
admodum speravimus in te. In te dñe spe
ravi. Non confundar in eternum.

Inlaudibus. Versus.

[D]EUS IN ADIUtorium meum intende. R. **D**omine ad adiuuandum me festina. **G**loria patri et

filio ⁊ spiritui scō. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper. ⁊ in secula seculoꝝ amen alleluya. ant. Assumpta est maria. psalmus.

Omnipotens regnauit dominus decorem indutus est. indutus est dominus fortitudinem ⁊ precinxit se. Etenim firmauit orbem terre. qui non commouebitur. Parata sedes tua. ex tunc a seculo tu es. Eleuauerunt flumina dne. eleuauerunt flumina uocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos. a uocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris. mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt in domo tua decet sanctitudo domine in longitudinem dierum. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui scō. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper ⁊ in secula seculorum amē. ant. Assumpta est maria in medium. gaudent angeli laudantes benedicunt dominum. ant. Maria virgo assumpta est. psalmus dauid.

Iubilate deo omnis terra. servite domino in leticia. Introite in conspectu eius. in exultatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus. ipse fecit nos. et non ipsi nos. Populus eius et oves pascue eius. introite portas eius in confessione. atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suavis est dominus in eternum misericordia eius. et usque in generatione et generationem veritas eius. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper. et in secula seculorum amen.

antiphona. Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum in quo rex regum stellato sedet solio. *antiphona.* In odorem unguentorum tuorum. *psalmus david.*

Deus deus meus. ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea. quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta invia et aquo

sa sic in scō apparui tibi . ut uiderem uiderem
uirtutem tuam et gloriam. Quoniā me
lior est misericordia tua sup uitas. labia mea
laudabunt te. Sic benedicam te in uita
mea. 7 in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe 7 pinguedine repleatur aīa
mea. 7 labijs exultationis laudabit os me
um. Si memor fui sup stratum meū ma
tutinis meditabor in te . quia fuisti adiutor
meus. Et in uelamento alar tuar exul
tabo. adhesit anima mea post te . me susce
pit dextera tua . Ipsi uero in uanum que
sierunt animam . introibunt in inferiora
terre . tradentur in manus gladij partes uul
pium erunt. Rex uero letabitur in deo
laudabuntur omnes qui iurant in eo . qa
obstructum est os loquentium iniqua . ps.

Deus misereatur nrī 7 benedicat
nobis . illuminet uultū suum
super nos 7 misereatur nrī. Ut
cognoscamus in terra uiam tuā . in omnib

gentib⁹ salutare tuum. Confitemini tibi
populi deus. confitemini tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes quoniã iu
dicas populos in equitate. et gentes in terra
dirigis. Confitemini tibi populi deus.
confitemini tibi populi omnes. terra dedit
fructum suum. Benedicat nos deus d̃s
n̄r. benedicat nos deus. et metuant eũ oẽs
fines terre. Gloria patri 7 filio 7 spũ
tui sc̃o. Sicut erat in principio et nunc
7 semper. 7 in secula seculorum amen. anth̃a.
In odorem unguentorum tuorum curre
mus. adolescentule dilexerunt te nimis.
anth̃a. Benedicta filia tua. canticum.

Benedicite omnia opa dñi dño
mino. laudate 7 sup exaltate eũ
in secula. Benedicite angli
dñi dño. benedicite celi dño. i
Benedicite aque omnes que sup celos
sunt dño. benedicite omnes virtutes
dñi dño. Benedicite sol et lu

na dommo. benedicat stelle celi dommo.
Benedicat omnis ymber 7nis dommo.
benedicat spūs dei dommo. Benedicat
ignis 7estus dommo. benedicat frigus et
estus dommo. Benedicat rores 7pruina
dommo. benedicat gelu 7frigus dommo. i
Benedicat glacies 7nives dommo. bene-
dicat noctes 7dies dommo. Benedicat
lux 7tenebre dommo. benedicat fulgura et
nubes dommo. Benedicat terra dominū
laudet 7sup exaltet eum in secula. Benedi
cat montes 7colles dommo. benedicat om
nia germinantia in terra dommo. Bene
dicat fontes dommo. benedicat maria 7flu
mina dommo. Benedicat cete 7omnia
que mouentur in aquis dommo. benedicat
omnes uolucres celi dommo. Benedica
t omnes bestie 7pecora dommo. benedicat
filij hominum dommo. Benedicat israel
dominum. laudet et sup exaltet eum in secu
la. Benedicat sacerdotes dommi dominū.

benedicite seruu dominum dominno. Benedicite spūs ⁊ anime iustoꝝ dnō. benedicite sācti ⁊ humiles corde dnō. Benedicite anania azaria misael dnō. laudate et superexaltate eum in scula. Benedicamus patrem et filium cum scō spiritu. laudemus et superexaltemus eum in scula. Benedictus es domine in firmamento celi. et laudabilis et gloriosus ⁊ superexaltatus es in scula. ant. Benedicta filia tua a domino. quia per ipm factum universa nr̄a genus. ant. Pulcra es. psalmus cl.

Laudate dnm̄ de celis. laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius. laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol ⁊ luna. laudate eum omnes stelle ⁊ lumen. Laudate celi celoꝝ ⁊ aque que super celos sunt laudent nomen dni. Quia ipe dixit ⁊ facta sunt. ipe mandauit ⁊ creata sunt. Statuit ea in eter-

num et in seculum seculi. preceptum posuit
7 non preteribit. Laudate dnm de terra.
dracones et omnes abyssi. Ignis grando
nix glacies spūs procellarum. que faciunt ver
bum eius. Montes et omnes colles li
gna fructifera 7 omnes cedri. Bestie
7 universa pecora. serpentes et volucres pe
nate. Reges terre et omnes populi pri
cipes. 7 omnes iudices terre. Iuuenes
7 virgines senes cum iunioribus laudēt no
men domini. quia exaltatum est nomē eius
solius. Confessio eius super celum 7 ter
ram. et exaltauit cornu ppli sui. Hymnus
omnibus sanctis eius filiis israel populo appro
quanti sibi. psalmus:

Cantate domino canticū nouum.
laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit eum.
7 filie sion exultent in rege suo. Laudent
nomen eius in choro 7 in timpano. 7 psallerio
psallant ei. Quia beneplacitum est do

mano in populo suo. et exaltauit mansue-
tos in salutem. Exultabunt sancti in
gloria. letabuntur in cubilibus suis. Ex-
altationes dei in gutture eor. et gladii ancipi-
tes in manibus eor. Ad faciendam vin-
dictam in nationibus increpationes in
populis. Ad alligandos eor reges in
vinculis. et nobiles eor in manicis ferreis. Ut
faciant in eis iudicium exscriptum
gloria hec est omnibus sanctis eius. psalmus.
Laudate dñm in sanctis eius. Lauda-
te eum in firmamento virtutis
eius. Laudate eum in virtu-
tibus eius. Laudate secundum multitudi-
nem magnitudinis eius. Laudate eum
in sono tube. Laudate eum in psalterio et
cythara. Laudate eum in tympano et
choro. Laudate eum in cordis et organo. Lau-
date eum in cymbalis benesonantibus. Lau-
date eum in cymbalis iubilationis. omnis
spūs laudet dñm. Gloria patri et filio.

7 spiritui sancto. Sicut erat in principio 7 nunc
7 semper. 7 in secula seculorum amen. antiphona.
Pulcra es et decora filia ierusalem terri
bilis ut castrorum acies ordinata. capitulum.
Viderunt eam filie syon et beatam
dixerunt. 7 regine laudauerunt
eam. R. Deo gratias. hymnus.
Gloriosa domina. excelsa super sy
dera. qui te creauit prouide. lac
tasti sacro ubere. Quod eua tri
stis abstulit. tu reddis almo germine. intrent
ut astra flebiles. celi fenestra facta es. Tu
regis alti ianua. 7 porta lucis fulgida. uitam
datam per uirginem. gentes redempte plau
dite. Gloria tibi domine. qui natus es de uir
gine. cum patre 7 sancto spiritu. in sempiterna secula.
Amen. V. Benedicta tu in mulieribus.
R. Et benedictus fructus uentris tui.
antiphona. Beata dei genitrix. canticum.
Benedictus dominus deus israel. quia
uisitauit 7 fecit redemptionem

bis suc. Et erexit cornu salutis nobis
in do dauid pueri sui. Sicut locutus est
per os sanctorum. qui a seculo sunt. ppha
eius. Salutē ex inimicis nris. et de ma
nu omnium qui oderunt nos. Ad fa
ciendam misericordiam cū patribus nris. et
memorari testamenti sui sci. Ius iurandi
quē iurauit ad abraam patrē nrm. datum se
nobis. Ut sine timore de manu inimi
corum nros liberati. seruiamus illi. In sanc
te et iustitia coram ipo. omnib⁹ diebus nris. Et
tu puer ppheta altissimi uocaberis. Preibis
enim ante faciem dni parare uias eius. Ad
dandam scientiam salutis plebi eius in re
missionē peccatorum eorum. Per uiscera
misericordie dei nri. in quib⁹ uisitauit nos ori
ens ex alto. Illuminare his qui in tene
bris et umbra mortis sedent. ad dirigendos
pedes nros in uiam pacis. Gloria patri et
filio. et spiritui sancto. Sicut erat in pri
cipio et nunc et semper. et in secula seculorum

amen. ant. Beata dei genitrix maria
uirgo perpetua templum domini sacra-
tus spiritus sancti sola sine exemplo placuisti
domino. uixit xpo. ora pro populo. inter-
ue pro clero. intercede pro deuoto femine
sexu. Kyrie leyson. Xpe leyson. Ky-
rie leyson. Y Omnes exaudi oratione
meam. R. Et clamor meus ad te ue-
niat. Oremus. Oratio.

Deus qui de beate marie uirgi
nis utero uerbum tuum angelo nuntian
te carnem suscipere uoluisti. presta supplici
bus tuis. ut qui uere eam genitricem dei
credimus eius apud te intercessionibus
adiuuemur. Per eundem xpm dominum
nrm. R. Amen. ant de sanctis. O
Sancti dei omnes intercedere dignemi
ni pro nostra omnium q; salute. Y.
Letamini in domino & exultate iusti R.
Et gloriamini omnes recti corde.
Oremus. Oratio.

P Rotege dñe populum tuum. et
apostolorum tuorum petri ⁊ pa
uli. ⁊ aliorum apostolorum tuo
rum patrocinio ꝯfidentẽ. perpetua deffensio
ne ꝯserua. oratio de scis.

O Mnes sancti tui quesumus do
mine ubiqꝫ adiuuent. ut dum
eorum merita recolimus patro
cinia sentiamus. oro.

D A pacem tuam nris concede te
poribus. ⁊ ab ecclesia tua cunc
tam repelle nequitiam. iter ac
tus et uoluntates nrãs. ⁊ omnium famu
lorum tuorum in salutis tue prosperitate
dispone. benefactoribus nris sempiterna
bona retribue. ⁊ omnibꝫ fidelibus defunc
tis requiem eternam concede. P dnm nrm i
hm xpm filium tuum. qui tecum uiuit ⁊
regnat in unitate sps sancti deus. per omnia
secula seclorum. amẽ. D ne exaudi oratio
nẽ meã. E t clamor meus ad te ueniat.

Benedicamus dño. Deo gratias
Ad primam. Versus.

7 filio 7 spiritui sancto. Sicut erat
in principio 7 nunc 7 semper. 7 in secula
seculorum amen alleluya. hymnus.

Memento salutis auctor quo
ni quondā corporis exul
libata uirgine nascendo
formam sumpsis. Da
nā matri gratie mater misericordie. tu
nos ab hoste protege in hora mortis susci
pe. Gloria tibi domine qui natus es
de uirgine. cum patre 7 spiritu in sempiter
na secula amen. ant. Assumpta ēma
ria in celum. psalmus dauid.

Deus in nomine tuo salui me
fac 7 in uirtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem
meam auribus percipe uerba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt aduer
sum me 7 fortes quesierunt animā meā.
7 non proposuerunt deum ante conspectu
suum. Ecce de adiuuat me. et dns

suscep̃tor est anime mee. Auerte ma
la inimicis meis. 7 in ueritate tua disperde illos.
Uoluntarie sacrificabo tibi et confite-
bor nomini tuo domine. quoniam bonum
est. Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me. 7 super inimicos meos. despexit
oculus meus. Gloria patri 7 filio. 7 spi
ritui sancto. Sicut erat in principio 7
nunc 7 semper. 7 in secula seculorum. amē.

Benedixisti domine ‖ psalmus.
terram tuam. auertisti captiuita-
tem iacob. Remisisti iniqui-
tatem plebis tue. operuisti omnia peccata
eorum. Mitigasti omnem iram tuam.
auertisti ab ira indignationis tue. Con
uerte nos deus salutaris nr. 7 auerte ira tua
a nobis. Numquid in eternum irasceris
nobis. aut extendes iram tuam a gene-
ratione et generationem. Deus tu con
uersus uiuificabis nos. 7 plebs tua letabi
tur in te. Ostende nobis domine mise

cordiam tuam. ⁊ salutare tuū da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus. quoniam loquetur pacē in plebē suam. Et super sanctos suos. ⁊ in eos qui convertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius. ut habitet gloria in terra nr̄a. Misericordia et veritas obviaverunt sibi. iustitia ⁊ pax obsculate sunt. Veritas de terra orta est. ⁊ iustitia de celo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem. ⁊ terra nr̄a dabit fructum. Iustitia ante eū ambulabit. ⁊ ponet in via gressus suos. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper ⁊ in secula seculorum amen. psalmus.

Laudate dominum omnes gentes. ⁊ collaudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius. et veritas domini manet in eternum. Gloria

patrem & filio. & spiritui sancto. Sicut erat
in principio & nunc & semper. & in secula se
culorum. amen. ant. Assumpta est ma
ria in celum. gaudent angeli laudantes
benedicunt dnm. capitulum.

Ecce ista que progreditur.
quasi aurora consurgens. pul
cra ut luna. electa ut sol. terri
bilis ut castrorum acies ordinata. Eccle
gratias. ℣. Sanctificauit me dominus
te unxit sacerdotem. ℟. Dominus uirtutem
contra hostes tuos. Kyrie eleyson. Chri
steleyson. Kyrie eleyson. ℣. Domine
exaudi oracionem meam. ℟. Et clamor
meus ad te ueniat. Oremus. oratio.

Deus qui uirginalem aulam bea
te marie in qua habitare eligere
re dignatus es. da quesumus.
ut sua nos defensione munitos. reddat
sue facias interesse memorationi. Qui
uiuis & regnas cum deo per omnia secula seculo.

ant de sanctis. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nra omnium qsalute. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. ORATIO.



Sancti nos dei salutaris noster. 7 apostolorum tuorum petri et pauli. 7 aliorum apostolorum nos tuere presidijs. quorum donasti fideles esse doctrinis. ORATIO.

Omnes sancti tui quesumus domine nos ubiq; adiuuent. ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. ORATIO.

Da pacem tua nris cõcede temporibus. 7 ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. ut tranquillitatis nre. 7 omnium famulorũ tuorum in salutis tue prosperitate disponente factoribus nostris sempiterna bona retribue. et omnibus fidelibus defunctis re

requiem eternam concede. ℣ dominum
nostrum ihesum xpm filium tuum qui te
cum uiuit & regnat in unitate spūs sancti de-
us p omnia secula seculorum. Amen. ℣.
Domine exaudi orationem meam. ℟
Et clamor meus ad te ueniat. ℣.
Benedicamus domino. ℟.
Deo gratias. ℣ius.
Et fidelium anime per misericordiam
dei requiescant in pace. Amen.

Explicat officium prime.

filio et spiritui sancto. Sicut erat in pri
cipio et nunc et semper: et in secula seculorum
amen alleluya. hymnus.

Memento salutis auctor: quod nostri
quondam corporis ex illibata
uirgine nascendo formam sump
seris. Maria mater gratie mater miseri
cordie tu nos ab hoste protege in hora
mortis suscipe. Gloria tibi domine qui na
tus es de uirgine. cum patre et sancto spiritu in
sempiterna secula. amen. ant. Maria
uirgo assumpta est. psalmus dauid.

Ad dominum cum tribularer clama
ui et exaudiuit me. Domine
libera animam meam a labiis iniquis.
et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut
quid apponatur tibi. ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute. cum carbonibus
desolatoriis. Heu michi quia incolla
tus meus prolongatus est. habitaui cum
habitantibus cedar: multum. incolla fuit

amma mea. Cum hijs qui odierunt pa
cem eram pacificus. cum loquebar illis im
pugnabant me gratis. Gloria pa
tri & filio. & spiritui sancto. Sicut erat in
principio & nunc & semper. & in secula secu
lorum amen. psalmus.

Levavi oculos meos ad montes.
unde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum a domino.
qui fecit celum & terram. Non det in co
motionem pedem tuum. neq; dormiet q
custodit te. Ecce non dormitabit ne
q; dormiet qui custodit israhel. Do
minus custodit te. dominus protectio tua su
per manum dexteram tuam. Per diem
sol non uret te. neq; luna per noctem. Do
minus custodit te ab omni malo. custodi
at animam tuam dns. Dominus cu
stodiat introitum tuum et exitum tuu. et
hoc nunc & usq; in seculum. Gloria pa
tri & filio. & spiritui sancto Sicut erat

in principio et nunc et semper. et in secula se-
culorum amen. psalmus dauid.

Letatus sum in his que dicta
sunt mihi. in domum domini
ibimus. Stantes erant pe-
des nostri. in atriis tuis hierusalem. Hie-
rusalem que edificatur ut ciuitas. cuius
participatio eius in idipsum. Illuc enim
ascenderunt tribus tribus domini testi-
monium israel. ad confitendum nomini domi-
ni. Quia illic sederunt sedes in iudicio.
sedes super domum dauid. Rogate quæ ad
pacem sunt hierusalem. et habundantia di-
ligentibus te. Fiat pax in uirtute tua
et habundantia in turribus tuis. Pro-
pter fratres meos et proximos meos. loque-
bar pacem de te. Propter domum do-
mini dei nostri. quesiui bona tibi. Gloria pa-
tri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in
principio et nunc et semper. et in secula secu-
lorum amen. ant. Quia quo ascen-

ta est ad ethereum thalamum inquo rex re-
gum stellato sedet solio. capitulum.
Et sic in syon firmata sum et in
civitate sanctificata similiter
requievi et in yherusalem po
testas mea. ℟m. Deo gra
tias. ℣. Diffusa est gratia in labijs
tuis. ℟. Propterea benedixit te deus
in eternum. Kyrie leyson. Xpe ley
son. Kyrie leyson. ℣. Domine
exaudi orationem meam. ℟. Et cla
mor meus ad te veniat. Oremus. oro.
Deus qui salutis eterne beate
marie virginitate fecunda hu
mano generi premia prestiti
sti. tribue quesumus ut ipsam
pro nobis intercedere sentiamus per quam
meruimus auctorem vite suscipere. dnm
nrm yhm xpm filium tuum. ℟. Amen.
anthia de scis. Sancti dei omnes inter
cedere dignemini pro nra omniumque sa

luce. ℣. Letamini in domino et exul
tate iusti. ℟. Et gloriamini omnes
recti corde. Oremus. Oratio.

Protege domine populū tu
um. et apostolorum tuorū
petri et pauli. et aliorum apostō
lorum patrocinio confidentem. perpetua de
fensione conserua. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus
domine nos ubiq; adiuuent.
ut dum eorum merita recoli
mus. patrocinia sentiamus. Oratio.

Da pacem tuam nris concede
temporib. et ab ecclesia tua cū
ctam repelle nequitiā. uteri ac
tus et uoluntates nras. et omnium fami
lorum tuorum in salutis tue prospera
re dispone. benefactoribus nris sempi
terna bona retribue. et omnib. fidelib. de
functis. requiem eternam concede. per
dominum nostrum ihesum xpm filium t

tuum qui tecum unus & regnat in unita
te spūs sancta deus. ℣ omnia secula sclo
rum. ℟. amen. ℣ Oremine exaudi
orationem meam. ℟ Et clamor
meus ad te veniat: ℣ Benedicam
domino. ℟ Deo gratias. Fidelium
anime per misericordiam dei requiescāt in
pace. ℟ Amen.

Explicat officium tertie:

℣ Sequitur officium sexte:

DEUS IN ADIU

torium meum intende. R. Domine

ad adiuuandum me festina. Gloria

patri et filio. et spiritui sancto. Sicut e-
rat in principio et nunc et semper. et in secu
la seculorum amen alleluya. *hymnus.*

Memento salutis auctor. quod
nostri quondam corporis. ex illi
bata virgine. nascendo formam
sumpseris. Maria mater gratie. mater
misericordie. tu nos ab hoste protege. in
hora mortis suscipe. Gloria tibi do
mine. qui natus es de virgine. cum patre
sancto spiritu. in sempiterna secula. *R.*
Amen. *ant.* In odorem. *psalmus.*

Ad te levavi oculos meos. qui ha
bitas in celis. Ecce sicut
oculi servorum. in manibus do
minorum suorum. Sicut oculi an
cille in manibus domine sue. ita oculi nostri
ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri. quia
multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra.

obprobrium hominum habundantibus
7despectio superbis. Gloria patri et
filio. 7spiritui sancto. Sicut erat in
principio 7nunc 7semper. 7in secula secu
lorum. amen. psalmus dauid.

Si quia dominus erat in no
bis dicat nunc israel. nisi qa
dominus erat in nobis u
cum insurgerent homines in nos. forte uiuos
deglutissent nos. Cum irascretur i
furor eorum in nos. forsitam aqua obso
buisset nos. Torrentem pertransiuit
anima nra. forsitam pertransisset anima
nra aquam intollerabilem. Benedict
dominus qui non dedit nos in captionem
dentibus eorum. Anima nra sicut pas
ser erepta est de laqueo uenantium. La
queus contritus est. 7nos liberati sumus.
Adiutorium nrm in nomine dni. qui
fecit celum 7terram. Gloria patri et
filio. 7spiritui sco. Sicut erat in prin.

apio ⁊ nunc ⁊ semper. ⁊ in secula seculorum
amen. psalmus dauid.

Qui confidunt in domino sicut
mons sion non commouebitur
in eternum. qui habitat in hie
rusalem. montes in circuitu eius. ⁊ dns
in circuitu populi sui. ex hoc nunc ⁊ usq; in
seculum: quia non relinquet dominus
virgam peccatorum. super sortem iustorum.
ut non extendant iusti ad iniquitatem ma
nus suas. bene fac domine. bonis et
rectis corde. declinantes aut in obli
gationes adducet dominus cum operantib⁹
iniquitatem. pax super israhel. gloria
patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. sicut erat
in principio ⁊ nunc ⁊ semper. ⁊ in secula se
culorum amen. ant. adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo. domine dirige me
iuste dilexisti domine. capitulum.

Tradiam in populo honorifi
cato. ⁊ in partes dei mei hereditatis

tas illius. 7 in plenitudine sanctorum de-
tentio mea. R. Deo gratias. V. Be-
nedicta tu in mulieribus. R. Et benedic-
tus fructus ventris tui. Kyrieleyson.
Xpe leyson. Kyrieleyson. V. Do-
mine exaudi orationem meam. R. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus. oro.
Concede misericors deus fragi-
litati nostre presidium. ut qui sancte
dei genitricis 7 virginis ma-
rie memoriam agimus. intercessionis eius
auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus.
Per eundem xpm dnm nrm. R. Amen. antiphona.
Sancti dei omnes intercedere dignemi-
ni pro nostra omniumque salute. V. Leta-
mini in domino et exultate iusti. R. Et
gloriamini omnes recti corde. Oremus. oro.
Exaudi nos deus salutaris noster.
7 apostolorum tuorum petri 7
pauli 7 aliorum apostolorum
nos tueri presidiis. quorum donasti fre-

les esse doctrinis. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus dne nos ubiq; adiuuent. ut dū eo rum merita recolimus patroci nia sentiam. Oratio.



Tpacem tuam nris concede tem poribꝫ. ⁊ ab ecclia tua cunctam repelle neq̃tiam. uoluntates nras. ⁊ omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone benefactoribꝫ nris sempiterna bona retri buc. ⁊ omnibꝫ defunctis requiem eternā concede. ꝑ dominum nrm ihm xpm filium tuum qui tecū uiuit ⁊ regnat in unitate spūs scī deus. ꝑ omnia secula seculorum. ℟. amē. ℣. Domine exaudi oratione meā. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. ℣. Benedicamus domino. ℟. deo gratias. ℣. Fidelium aie per misericordiam dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Explicit officium sancte. Offin ad nona.

& spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc
& semper & in secula seculorum amen alleluia: ymn'.
Memento salutis auctor. quod nostri
quondam corporis. ex illibata +
virgine. nascendo formam sum-
pseris. Maria mater gratie mater +
misericordie. tu nos ab hoste protege. in
hora mortis suscipe. Gloria tibi do-
mine. qui natus es de virgine. cum patre
sancto spiritu. in sempiterna secula: R.
Amen. Ant. Pulcra es. psalmus.
In convertendo dominus capti-
vitatem syon. facti sumus sicut
consolati. Tunc repletum est
gaudio os nostrum. & lingua nostra exul-
tatione. Tunc dicent inter gentes.
magnificavit dominus facere cum eis.
Magnificavit dominus facere no-
biscum. facti sumus letantes. Con-
verte domine captivitatem nostram.
sicut torrens in austro. Qui semi-

nant in lacrimis. in exultatione metent.
Euntes ibant & flebant. mittentes se
mina sua. Venientes autem uenient
cum exultatione portantes manipulos
suos Gloria patri & filio & spiritui sco.
Sicut erat in principio & nunc & semp
& in secula seculorum amen. psalmus cxxvi.

Nisi dominus edificauerit domum.
in uanum laborauerunt q edificant
eam Nisi dominus custodie
rit ciuitatem. frustra uigilat qui custodit
eam. Vanum est uobis ante lucē sur
gere. surgite postq̄ sederitis qui māducā
tis panem doloris Cum dederit
dilectis suis somnum. ecce hereditas do
mini filij merces fructus uētris Si
cut sagitte in manu potentis. ita filij ex
cussorum Beatus uir qui impleuit
desiderium suū ex ipis nō confundet cū loque
tur inimicis suis in porta Gloria patri et
filio & spiu sco Sicut erat &c. psalm:

Beati omnes qui timent dominum
qui ambulant in viis eius. La
bores manuum tuarum manducabis. beatus es & bene tibi erit. Uxor
tua sicut vitis habundans. in lateribus do
mus tue. Filij tui sicut novelle oli
varum. in circuitu mense tue. Ecce sic
benedicetur omnis homo. qui timet dnm.
Benedicat tibi dns ex sion. et videas bo
na ierusalem omnibus diebus vite tue. Et
videas filios filiorum tuorum. pacem sup
er israel. Gloria patri & filio. & spui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & semp
& in secula seculorum amen. ant. Pul
chra es et decora filia ierusalem terribilis
ut castrorum acies ordinata. capitulum.
Emplatus sicut cynamomum et
balsamum aromatizans odorem
dedi quasi mirra electa dedi suavi
tatem odoris. R. Eo gratias. Versus.
Post partum virgo inviolata permansi

ih. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.
Kyrieleyson. Xpeleyson. Kyrieley
son. ℣. Domine exaudi orationem me
am ℟. Et clamor meus ad te veniat.
Oremus. oratio.

Famulorum tuorum quesumus
domine delictis ignosce. ut qui
tibi placere de actibus nostris nō va
lemus genitricis filii tui domini nostri ihesu
xpi intercessione salvemur. Per eundē xpm
dominum nostrum ℟. Amen. a. Sancti
dei omnes intercedere dignemini pro nostra
omniumque salute. ℣. Letamini in do
mino et exultate iusti ℟. Et gloriami
ni omnes recti corde. Oremus. oratio.

Presta quesumus omnipotens
deus. ut nullis nos permittas p
turbationibus concuti. quos in apo
stolice petram solidasti. P. oratio.
Omnes sancti tui quesumus dn̄e
nos ubique adiuvent. ut dū eo

merit

menta recolimus patrocinia sentiamus.
Et pacem tuam nostris concede temporibus et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. iter actus et voluntates nostras. et omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone. benefactoribus nostris sempiterna bona retribue. et omnibus fidelibus defunctis. requiem eternam concede. Per dominum nostrum Jhesum Christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. per omnia secula seculorum. amen. ℣.
Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣.
Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

Fidelium anime per misericordiam dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Explicit offitium none.

Ad uesperas officium . Nesus:

eus in adiu
torium meum intende. R/ Domine
ad adiuuandum me festina Gloria

patri 7 filio. 7 spiritui sco. Sicut erat in principio et nunc 7 semp. 7 in secula seculorum amen allelua. antiphona. Cum esset ire. psalmus dauid.

Dixit dominus domino meo. sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos. scabellum pedum tuorum. Virgā virtutis tue emittet dominus ex syon. dominare in medio inimicorū tuorum. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum. ex utero ante luciferum genui te. Iurauit dominus 7 non penitebit eum tu es sacerdos in eternum. secundum ordinem melchisedech. Dominus a dextris tuis. confregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibus implebit ruinas. conquassabit capita in terra multorum. De torrente in via bibit. propterea exaltabit caput. Gloria patri 7 filio. 7 spiritui sancto.

Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ sẽ
per ⁊ in secula seculorum amen. anthꝫ.
Cum esset rex in accubitu suo. nar
dus mea dedit suauitatem odoris. ā.
Ecia eius. psalmus dauid.

Laudate pueri dominum.
laudate nomen domini.
Sit nomẽ domini be
nedictum. exhinc nunc ⁊ usq; in seculuꝫ.
A solis ortu usq; ad occasum. lauda
bile nomen domini. Excelsus su
per omnes gentes dominus. ⁊ super cE
los gloria eius. Quis sicut dominus
deus ñr qui in altis habitat. ⁊ humilia
tem in multitudine misericordie tue. introi
bo in domum tuam. adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo. Domine

deduc me in iustitia tua propter inimicos tu
os. ut dirigas in conspectu tuo uiam meam. Quo
niam non est in ore eorum ueritas. cor eorum va
num est. Sepulchrum patens est gut
eorum. linguis suis dolose agebant. iudi
ca illos deus. Decidant a cogitationib
suis secundum multitudinem impietatis co
rum expelle eos. quoniam irritauerunt te
domine. Et letentur omnes qui spe
rant in te in eternum. exultabunt & habitabis in
eis. Et gloriabuntur in te omnes qui di
liguunt nomen tuum. quoniam tu benedi
ces iusto. Domine ut scuto bone uolun
tatis tue coronasti nos. Requiem eter
nam dona eis domine. Et lux perpetua
luceat eis. ant. Dirige domine deus
meus in conspectu tuo uiam meam. antha.
Conuerte domine. psalmus dauid.

Domine ne in furore tuo arguas
me. neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quoniam

am infirmus sum. sana me dñe. quoniam
conturbata sunt omnia ossa mea. Et
anima mea turbata est valde. Et tu dñe usq;
quo. Convertere dñe et eripe animam
meam. salvum me fac propter misericordi
am tuam. Quoniam non est in morte
qui memor sit tui. in inferno autem quis
confitebitur tibi. Laboravi in gemitu
meo. lavabo p̄singulas noctes lectum meū.
lacrimis meis. stratum meum rigabo. Tur
batus est a furore oculus meus. inveteravi
inter omnes inimicos meos. Discedite
a me omnes qui operamini iniquitatē. quo
niam audivit dñs vocem fletus mei. Et au
divit dñs deprecationem mei. et dñs orationem
meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei. con
vertantur et erubescant valde velociter. Re
quiē eternam dona eis domine. Et lux
perpetua luceat eis. ant. Convertere
domine et eripe animam meam. quoniam

est in mortē qui memor sit tui. ant. Oremus
uentat domine. psalmus dauid.

Omine deus meus in te spem
ui. saluum me fac et omnibus
psequentibꝫ me libera me. ne
quando rapiat ut leo aiam mea. dū nō
est qui redimat. neq; qui saluum faciat.
Omine deus meus si feci istud. et si
est iniquitas in manibus meis. si re
didi retribuentibꝫ mihi mala decidam me
ritо. ab inimicis meis inanis. et persequa
tur inimicus aiam meam & prehendat
& conculcet in terra uitam meam. & gloriā me
in pulueren deducat. Exurge domine
in ira tua. et exaltare in finibus inimicorū
meorum. Et exurge domine deus meus in
precepto quod mandasti. & synagoga popu
lorum circundabit te. Et propter hanc
in altum regredere. dns iudicat populos.
Iudica me secdm iustitiam meam. et se
cundum innocentiam meam sup me

sumetur nequitia peccatorum 7 dirriges iu
stum. scrutans corda 7 renes deus. Iu
stum adiutorium meum a domino. qui
saluat rectos corde. Deus iudex iust⁹
fortis 7 patiens. numquid irascitur per
singulos dies. Nisi conuersi fueritis gla
dium suum uibrabit. arcum suum
tetendit 7 paravit illum. Et in eo para
uit uasa mortis. sagittas ardentibus
effecit. Ecce parturit iniustitiam 7
concepit dolorem. 7 peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit eum. et in
cidit in foueam quam fecit. Conuer
tur dolor eius in caput 7 in uerticem ip
sius. iniquitas eius descendet. Con
fitebor domino secundum iustitiam eius
7 psallam nomini domini altissimi. Re
quiem eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. ant. Ne quan
do rapiat ut leo animam meam. dū nō
est qui redimat neq; qui saluum faciat.

℣. Porta inferi. ℟. Nec dne animas eorum. ℣. Pater noſ. ℣. Et ne nos inducas intemptationem. ℟. Sed libera nos a malo. Amen. Ie. J.

Parce mihi domine nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum. aut quo apponis erga eum cor tuum. Visita eum diluculo. & subito probas illum. Usq; quo non parcis mihi. nec dimittis me ut glutiam salivam meam. Peccavi. Quid faciam tibi o custos hominum. quare posuisti me contrarium tibi. & factus sum metipsi grauis. Cur non tollis peccatum meum. & quare non

auſtus iniquitatem meam. Ecce nunc i pul
uere dormio. & ſi mane me quæſieris nõ ſub
ſiſtam. ℟. Credo quod redemptor meus
uiuit. & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus
ſum. Et in carne mea uidebo deum ſaluato
rem meum. ℣. Quem uiſurus ſum ego ipſe & non alius. & oculi mei ipſi conſpecturi
ſunt. Et in carne mea. Lectio ſecunda.

Ædet anima mea uitæ meæ. di
mittam aduerſum me eloquii
meam. loquar in amaritudine
animæ meæ. dicã deo. Noli me cõdemnare.
Cur me ita iudices. Numquid tibi bonum ui
detur ſi calumnieris & opprimes me. Op
era manuum tuarum. & conſilium impiorum adiu
ues. Numquid oculi carnei tibi ſunt. aut ſi
cut uidet homo. & tu uidebis. Numquid ſi
cut dies hominis dies tui. & anni tui ſicut
humana ſunt tempora. Ut quæras iniqui
tatem meam. & peccatum meum ſcrutêris. Et
ſcias quia nichil impium fecerim. cũ ſit

nemo qui de manu mea possit eruere. ℟.
Qui lazarum resuscitasti a monumento
fetidum. Tu cas domine dona requiē et
locum indulgentie. ℟ Qui venturus
es iudicare vivos et mortuos et seculum
per ignem. Tu cas. Lectio. ij.
Domus tue domine fecerunt
me et plasmaverunt me totum
in circuitu et sic repente precipitas
me. Memento queso q̄ sicut lutum fece
ris me. et in pulverem reduces me. Non
ne sicut lac mulsisti me. et sicut caseum me
coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me. ossi
bus et nervis compegisti me. Vitam et mi
sericordiam tribuisti mihi. et visitatio tua
custodivit spiritum meum. ℟. Do
mine quando veneris iudicare terram ubi
me abscondam a vultu tue. Quia
peccavi nimis in vita mea. ℟. Omis
sa mea peccata et ante te erubesco. cū ve
neris iudicare noli me condemnare. ℟

Quia peccavi nimis in vita mea. Requi
em eternam dona eis domine: et lux perpetua
luceat eis. Quia peccavi nimis in vita mea.

Explicit officium primi nocturni.

In sc'do nocturno. a. In loco pascue. ps.

DOMINUS REGIT me · 7 nichil michi deerit. in loco pascue ibi me collocauit. Sup aquam refectionis

eduçauit me. animam meam conuertit. i
Deduxit me sup semitas iustitie. ppt
nomen suum. Nam et si ambulauero i
medio umbre mortis. non timebo mala i
quoniam tu mecum es. Virga tua & ba
culus tuus ipa me consolata sunt. Pa
ras in conspectu meo mensa. aduersus eos q
tribulant me. Impinguasti oleo ca
put meum. & calix meus inebrians quam
preclarus est. Et misericordia tua subse
quetur me. omnibus diebus vite mee. i
Et ut inhabitem in domo dni. in longitu
dine dierum. Requiem eternam dona
eis domine. Et lux perpetua luceat eis.
ant. In loco pascue ibi me collocauit.
ant. Quecta inuentutis mee. psalmus.
Ad te dne leuaui animam meam
deus meus in te confido no eru
bescam. Neq; irrideant me i
nimici mei. etenim uniuersi qui sustinent
te non confundentur. Vias tuas dne de

mōstra michi. ⁊ semitas tuas edoce me
rige me in veritate tua ⁊ doce me. quia tu es
deus saluator meus. ⁊ te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum do
mine. ⁊ misericordiarum tuarum que a seculo
sunt. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignoran
tias meas ne memineris. Secundū mi
sericordiam memēto tu. propter bonitatē
tuam domine. Dulcis et rectus dom
nus. propter hoc legem dabit delinquen
tibus in via. Dirigit mansuetos in iudi
cio. docebit mites vias suas. Universe
vie domini misericordia ⁊ veritas. requi
rentibus testamentū eius et testimonia ei
Propter nomen tuū domine propitiaberis peccato meo.
multum est enim. Quis est homo qui
timet dnm. legem statuit ei in via quā elē
git. Anima eius in bonis demorabitur
⁊ semen eius hereditabit terram. Firma
mentum est dominus timentibus eum. ⁊ te
stamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dominum. quoniã
ipe euellet de laqueo pedes meos. Respice
me & miserere mei. quia unicus et pauper
sum ego. Tribulationes cordis mei
multiplicate sunt. de necessitatibus meis e
ue me. Vide humilitatem meam & la
borem meum. & dimitte uniuersa delicta mã.
Respice inimicos meos quoniam mul
tiplicati sunt. & odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam et eue me. nõ
confundar. quoniam speraui in te. Inno
centes & recti adheserunt mihi. quia sustinui
te. Libera deus israel. ex omnibus tribula
tionibus suis. Requiem eternam dona
eis domine. Et lux perpetua luceat eis.
ant. Delicta iuuentutis mee. et ignoran
tias meas ne memineris. ant. Credo ui
dere bona domini. psalmus dauid.

Dominus illuminatio mea. & sa
lus mea quem timebo. Do
minus protector uite mee. a quo

trepidabo. Dum appropiant sup me nocē
tes. ut edudant carnes meas. Qui tribulāt
me inimici mei. ipi infirmati sunt et ceciderē
runt. Si consistant aduersum me ca
stra. non timebit cor meum. Si exurgat
aduersum me prelium. in hoc ego sperabo
Unam petij a dño hanc requiram. ut i ha
bitem in domo dñi. omnib⁹ diebus vi
te mee. Et ut videam uoluntatem dñi
Et visitem templum eius. Quoniā
abscondit me in tabernaculo suo in die ma
lorum. protexit me in abscondito tabernā
culi sui. In petra exaltauit me. Et nunc
exaltauit caput meum sup inimicos meos.
Circuiui et immolaui in tabernaculo eius.
hostiam uocis et cantabo et psalmū
dicam dño. Exaudi dñe uocē
meam qua clamaui ad te. miserere mei et
exaudi me. Tibi dixit cor meum exq
siuit te facies mea. faciem tuam dñe
requiram. Ne auertas faciem tuam

ame . et ne declines in ira a seruo tuo. Ad
iutor meus esto ne derelinquas me . neq; de
spicias me deus salutaris meus. Quo
niam pater meus et mater mea dereliquerunt
runt me . dn̄s autem assumpsit me . Le
gem pone michi domine in uia tua et diri
ge me . in semitā rectam ꝑpter inimicos me
os. Ne tradideris me in animas tribulā
tium me . quoniam insurrexerunt in me testes
iniqui . et mentita est iniquitas sibi. Cre
do uidere bona domini . in terra uiuentium.
Expecta uiriliter age . et confortetur cor
tuum et sustine dominum . Requiē eter
nam dona eis domine. Et lux perpetua
luceat eis . ant. Credo uidere bona do
mini in terra uiuentium . ℣. Collocet
eum cum principibꝫ. ℟. Cum princi
pibus populi sui. Pater nr̄ . lec. iiij .
Responde michi quantas habeo i
niquitates . peccata scelera mea et
delicta ostende michi. Cur faciē

tua abscondis et arbitraris me inimicum tu-
um. Contra folium quod uento rapitur
ostendis potentiam tuam et stipulam siccam
persequeris. Scribis enim contra me ama-
ritudines et consumere me uis peccatis adu-
lescentie mee. Posuisti in neruo pedem me-
um et obseruasti omnes semitas meas et
uestigia pedum meorum considerasti. Qui qua-
si putredo consumendus sum et quasi uesti-
mentum quod comeditur a tinea. R. Memen-
to mei deus quia uentus est uita mea. Nec
aspiciat me uisus hominis. V. Et ne
reuertetur oculus meus ut uideat bona.
Nec aspiciat. Lectio quinta.

Homo natus de muliere breui
uiuens tempore repletur mul-
tis miseriis. Qui quasi flos
egreditur et conteritur et fugit uelut umbra
et numquam in eodem statu permanet. Et dignum
ducis super huiusmodi aperire oculos tu-
os et adducere eum tecum in iudicium. Quis

potest facere mundum de immundo nec unus
quisquam. non nec unus qui solus es. Breues di
es hominis sunt et numerus mensium eius
apud te est. Constituisti terminos eius q
preterire non poterunt. Recede ergo paulu
lum ab eo. ut quiescat donec optata uenia
at sicut mercenarij dies eius. R. Mi
serere mihi domine quia infirmus sum sana
me. quia conturbata sunt omnia ossa mea. quid faciam miser ubi fugiam nisi
ad te deus meus. Miserere mei dum uenie
ns in nouissimo die. V. Anima mea
turbata est ualde. sed tu domine usquequo. Mi
serere mei. Lectio. sexta.

Quis michi hoc tribuat ut in
fernus protegas me et abscondas
me. donec pertranseat furor
tuus. et constituas michi tempus in quo
recorderis mei. Putas ne mortuus homo
rursum uiuat. Cunctis diebus quibus
nunc milito et expecto donec ueniat immu
tatio mea. Uocabis me et ego respondebo

tibi. oppri manuum tuarum pones me
tenam. Tu quidem gressus meos dinume
rasti. si parce peccatis. R. Ne
ne reminiscaris peccata mea domine. Dum veneris i
udicare seculum per ignem. V. Cum
ge domine deus meus in conspectu tuo
niam meam. Dum veneris Requiē
eternam dona eis domine. Et lux perpetua
luceat eis Dum veneris iudicare. Tē.

Explicat officium secundi nocturni.

In tertio nocturno ant. Complacuit. ps.

XPECTANS EXPEC

taui dominum et intendit michi. Et

exaudiuit preces meas et eduxit me de lacu

miserie



am. ⁊ uentatem tuam a conclio multo
aut domine ne longe facias miserationes
tuas a me. misericordias et ueritas tua sep
susceperunt me. Quoniam circumdede
runt me mala quorum non est numerus.
⁊ prehenderunt me iniquitates mee. ⁊ non
potui ut uiderem. Multiplicate sunt
sup capillos capitis mei. ⁊ cor meum dere
liquit me. Complaceat tibi domine
ut eruas me. domine ad adiuuandu me
respice. Confundantur et reuerentur
simul. qui querunt animam meā. ut auf
ferant eam. Reuertantur retro. erubes
cant qui uolunt michi mala.
Erubescant confestim confusionem suā. qui di
cunt michi euge euge. Exultent ⁊
letentur sup te omnes querentes te. et
dicant semp magnificetur dns. qui dili
gunt salutare tuum. Ego aut mē
dicus sum ⁊ pauper. dominus solicitus
est mei. Adiutor meus ⁊ protector

meus. tu es deus meus ne tardaueris. Re
quiem eternam. dona eis dominc. t
lux perpetua. luceat eis. ant. Ópla
ceat tibi dñe ut eruas me. dñe ad adiuuā
dum me respice. an Sana dñe. pō.
Beatus qui intelligit sup egenū
7 pauperem. in die mala liberā
uit eum dñs. Dominus
conseruet eum et uiuificet eum. beatum
faciat eum in terra 7 non tradat eū in ani
mam inimicorum eius. Dominꝰ opē
ferat illi sup lectum doloris eius uniuersū
stratum eius uersasti i infirmitate eī. Ego
dixi domine miserere mei. sana animā mei
quia peccaui tibi. Inimici mei dixerūt
mala mihi. quando morietur 7 peribit
nomen eius. Et si ingrediebatur ut
uideret uana loquebatur cor eius cōgrega
uit iniquitatem sibi. Egrediebatur fo
ras. 7 loquebatur in id ipsum. Aduersū
me susurrabant omnes inimici mei. ad

uersum me cogitabit mala michi. Ver
bum unquam constituerit aduersum
me. numquid qui dormit nó adiiciat ut
resurgat. Etenim homo pacis mee
in quo speraui. qui edebat panes meos.
magnificauit sup me subplantationem.
Tu aút domine miserere mei. resuscita
me et retribuá eis. In hoc cognoui quó
uoluisti me. quoniam non gaudebit
inimicus meus sup me. Me autem
propter innocentiam suscepisti. et cófir
masti me in conspectu tuo in eternum. B
enedictus dominus deus israhel a seculo
et usq in seculum fiat fiat. Requi
em eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. añ. Sana do
mine animá mei quia peccaui tibi. añ.
Custodi anima mea. psalmus dauid.
Quemadmodum desiderat cer
uus ad fontes aquarum. ita de
siderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deum fontem
uiuum. quando ueniam et apparebo ante
faciem dei. Fuerunt mihi lacrime
mee panes die ac nocte. dum dicitur mi
hi cotidie. ubi est deus tuus. Hec
recordatus sum et effudi in me animam
meam. quando transibo in locum tabernā
culi. admirabilis usq; ad domum dei In
uoce exultationis et confessionis. sonus epu
lantis. Quare tristis es anima mea.
et quare conturbas me. Spera in deo quo
niam adhuc confitebor illi. salutare vultus mei
et deus meus. In me ipsa anima mea
turbata est. propterea memor ero tui de terra
iordanis. et hermonim a monte modico
Abyssus abyssum invocat. in voce ca
taractarum tuarum. Omnia excelsi
tua et fluctus tui super me transierunt. In
die mandauit dominus misericordiam su
am. et nocte canticum eius. Apud me
oratio deo vite mee. dicam deo susceptor

meus es. Quare oblitus es mei. et
quare contristatus incedo. dum affligit
me inimicus. Dum confringuntur ossa
mea exprobrauerunt michi. qui tribulant
me inimici mei. Dum dicunt michi
per singulos dies. ubi est deus tuus. Qua
re tristis es anima mea. & quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc con
fitebor illi. salutare uultus mei & deus meus.
Requiem eternam dona eis dne. Et
lux perpetua luceat eis. ℣. Sitiuit ani
ma ad deum fontem uiuum. quando uenia
& apparebo ante faciem dei. ℟. Ne tra
das bestijs animas confitentes tibi. ℣. Et
animas pauperum tuorum ne obliuiscaris
in finem. ℟. Pater noster. ℣. Sed
et ne nos inducas in temptationem. ℟.
Sed libera nos a malo. Amen.

Lectio septima.

meus attenuabitur. dies ma breuiabunt
7 solum michi super est sepulchrum. Nam
peccaui. 7 iniquitatem meam morsus est oculus
meus. Libera me domine et pone me iuxta
te. 7 cuiuis manus pugnet contra me. I
Dies ma transierunt cogitationes mee
dissipate sunt torquentes cor meum. Nec

tem uerterunt in diem ⁊ rursum post tene
bras spero lucem. Si sustinuero infernus
domus mea est. ⁊ in tenebris straui lectulum
meum. Putredini dixi. pater meus es. ⁊
mater mea ⁊ soror mea uermibus. Ubi est
ergo nunc prestolatio mea. ⁊ patientia
mea. tu es domine deus meus. Rm.
Peccantem me cottidie et non me peni
tentem. timor mortis conturbat me. Quia
in inferno nulla est redemptio. miserere
mei deus ⁊ salua me. ℣. Deus in no
mine tuo saluum me fac. ⁊ in uirtute tua li
bera me. Quia in inferno nulla est redem
ptio. miserere mei deus ⁊ salua me. lectio. viij.
Pelli mee consumptis carnibus adhe
sit os meum carni mee. ⁊ derelic
ta sunt tantummodo labia circa
dentes meos. Miseremini mei ⁊ miseremi
mini mei. saltem uos amici mei. quia ma
nus domini tetigit me. Quare persequimi
ni me sicut deus ⁊ carnibus meis saturami

Quis michi hoc tribuat ut scribantur sermo
nes mei. Quis michi det ut exarentur in
libro stillo ferreo et plumbi lamina. vel celte
sculpantur in silice. Scio enim quod re
demptor meus uiuit. et in nouissimo die
de terra surrecturus sum. et rursum circum
dabor pelle mea. et in carne mea uidebo deum
saluatorem meum. Quem uisurus sum ego
ipse et non alius. et oculi mei conspecturi sunt.
Reposita hec est spes mea in sinu meo. R.
Libera me domine de uiis inferni. Qui
portas ereas confregisti et uisitasti infernum
et dedisti eis lumen. ut uiderent te qui erant
in penis tenebrarum. V. Clamantes
et dicentes aduenisti redemptor noster. Qui
portas ereas confregisti etc. Lectio Nona.

Quare de uulua eduxisti me. qui
utinam consumptus essem. ne
oculus meus uideret. fuissem
quasi qui non essem de utero translatus
ad tumulum. Nunquid paucitas dierum

meorum finiatur breui. Dimitte ergo me
domine ut plangam paululum dolorem
meum. antequam uadam & non reuertar ad
terram tenebrosam & opertam mortis cali
gine. Terram miserie et tenebrarum. ubi u
bra mortis & nullus ordo. & sempiternus
horror inhabitat. R. Redemptor meus
uiuit & in nouissimo die resurgam. Et in
carne mea uidebo dominum deum. V.
Lauda anima mea dominum. laudabo
deum meum in uita mea. psallam deo meo
quam diu ero. Et in carne mea uidebo do
minum dei. Requiem eternam dona
eis domine & lux perpetua luceat eis. Vi
debo dominum deum. V.
Libera me domine de morte eter
na. In die illa tremenda. Quan
do cli mouendi sunt & terra.
Dum ueneris iudicare seculum per ignem.
Tremens factus sum ego & timeo. dum
discussio uenerit atque ultura ira R. In

die illa tremenda. quando cœli mouẽdi sũt
7 terra. ℣.
Dies illa dies ire calamitatis 7 miserie.
dies magna 7 amara ualde. ℟. Quando
cœli mouendi sunt 7 terra. ℣.
Dum langent se supse omnes tribꝰ terre.
ure uultus saluabitur 7 ego ubi apparebo.
In die illa tremenda. quando cœli mouẽ
di sunt 7 terra. ℣.
Quid ergo miserimus. quid dicã uel
quid faciam. dum nil boni perferam ante
tantum iudicem. ℟. Quando cœli mouẽ
di sunt 7 terra. ℣.
Nunc xpe te deprecor miserere peto. qui
uenisti redimere perpetuam uenam saluare. ℣.
Libera me domine de morte eterna. in
die illa tremenda. quando cœli mouendi
sunt 7 terra. ℣.
Requiẽ eternam dona eis domine. et
lux perpetua luceat eis. ℟. Dum uenerꝰ
iudicare seculum per ignem. ℣. Inlaudibꝰ.

ant. Exultabunt dno. psalmus. dñi.

MISERERE

mei deus. secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum

tuarum. dele iniquitatem meam. Amplius lauame dñe ab iniquitate mea. 7 a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. 7 peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui 7 malum coram te feci. ut iustificeris in sermonibus tuis 7 uincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. 7 in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim ueritatem dilexisti. incerta 7 occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me domine ysopo 7 mundabor. lauabis me. 7 super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium 7 letitiam. 7 exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis. 7 omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus. 7 spiritum rectum in uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua. 7 spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi letitiam salutaris

tui ⁊ spiritu principali confirma me. Do
ceo iniquos uias tuas. ⁊ impii ad te con
uertentur. Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee. et exultabit lingua
mea iustitiam tuam. Domine labia
mea aperies. ⁊ os meum annuntiabit lau
dem tuam. Quoniam si uoluisses sacri
ficium dedissem utique holocaustis non dele
ctaberis. Sacrificium deo spūs con
tribulatus cor contritum ⁊ humiliatū deus
non despicies. Benigne fac domine
in bona uoluntate tua sion. ut edificentur
muri ierusalem. Tunc acceptabis
sacrificium iustitie. oblationes ⁊ holocausta.
tunc imponent super altare tuū uitulos. ℟
Requiem eternam dona eis domine. ℟
Et lux perpetua luceat eis. añ. Exul
tabunt dno ossa humiliata. ā. Exaudi
domine. psalmus dauid.
Decet hymnus deus in sion.
⁊ tibi reddetur uotum in ierusa

salem. Exaudi orationem meam. ad te
omnis caro ueniet. Verba iniquorum
preualuerunt super nos. & impietatibus nostris
tu propitiaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti. inhabitabit in atriis tuis.
Replimur in bonis domus tue. & sancti est
templum tuum mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster spes omnium finium terre & in mari longe. Preparans montes in uirtute tua accinctus es potentia. qui conturbas profundum maris sonum fluctuum
eius. Conturbabuntur gentes & timebunt.
qui habitant terminos a signis tuis. exitus matutini & uespere delectabis. Uisitasti terram & inebriasti eam. multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletum est aquis.
parasti cibum illorum. quoniam ita est preparatio eius. Sulcos eius inebrians multiplica genimina eius. in stillicidiis eius letabitur germinans. Benedices corone
anni benignitatis tue. & campi tui replebũ

tur

tu: ubertate. Pinguescent speciosa
deserti. & exultatione colles accingentur. I
Nduti sunt arietes ouium. & valles
habundabunt frumento. clamabunt &
enim hymnum dicet. Requiem eter
nam dona eis domine. Et lux perpe
tua luceat eis. ant. Exaudi domine
orationem meam. ad te omnis caro ueni
et. ant. Te suscipit. psalmus.

Deus deus meus ad te de luce
uigilo. Sitiuit in te anima
mea. quam multiplicatur tibi
caro mea. In terra deserta inuia & inaqu
osa sic in sco apparui tibi. ut uiderem uir
tutem tuam et gloriam tuam. Quo
niam melior est misericordia tua super uite
las mea laudabunt te. Sic benedi
cam te in uita mea. & in nomine tuo leua
bo manus meas. Sicut adipe & pingue
dine repletur anima mea. & labijs exulta
tionis laudabit os meum. Si memor

fui tui super stratum meum · in matutinis
meditabor in te. quia fuisti adiutor me
us. Et in uelamento alarum tuarum
exultabo. adhesit anima mea post te me
suscepit dextera tua. Ipsi uero in uanum
quesierunt animam meam. introibunt
in inferiora terre. tradentur in manus gla
dii partes uulpium erunt. Rex uero
letabitur in deo. laudabuntur omnes q
iurant in eo. quia obstructum est os lo
quentium iniqua. psalmus.

Deus misereatur nostri et benedi
cat nobis. illuminet uultum
suum super nos. et misereatur
nostri. Ut cognoscamus in terra ui
am tuam. in omnibus gentibus salutare
tuum. Confiteantur tibi populi
deus. confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes quoniam
iudicas populos in equitate. et gentes in
terra dirigis. Confiteantur tibi po

puli deus. confitemini tibi popli omis
terra dedit fructum suum. Benedicat
nos deus deus nr. benedicat nos deus. et
metuant eum omnes fines terr. Re
quiem eternam dona eis dne. et
lux perpetua luceat eis. ãn. Me suscep
pit dextera tua dne. ant. Por
ta unfem. psalmus.
Ego dixi in dimidio dierum
meor. vadam ad portas infer
ni. Quesiui residuũ annorum meo
rum. & dixi. non videbo dominum deum
in terra viventium. Non aspiciã ho
minem ultra. & habitatorem quietis. I
Generatio mea ablata est & cum volu
ta est ame. quasi tabernacula pastoru.
Precisa est velut a texente vita mea
dum adhuc ordirer succidit me de ma
ne usq; ad vesperam finies me. Spera
bam usq; ad mane quasi leo. sic comin
omnia ossa mea. De mane usq; ad

uesperam finies me sicut pullus uirundi
nis. sic clamabo meditabor ut columba.
Infirmati sunt oculi mei. suspicientes
me excelso. Domine uim patior: respon
de pro me quid dicam aut quid respondebit
mihi cum ipse fecerit. Recogitabo tibi
omnes annos meos. in amaritudine ani
me. Domine si sic uiuitur: et in talibus
uita spiritus mei corripies me et uiuificabis
me. ecce in pace amaritudo mea amarissi
ma. Tu autem eruisti animam ut non
periret. proiecisti post tergum tuum omnia
peccata mea. Quia non infernus con
fitebitur tibi. neque mors laudabit te. non
expectant qui descendunt in lacum veri
tatem tuam. Vivens uivens ipse con
fitebitur tibi. sicut et ego hodie pater filiis
notam faciet veritatem tuam. Domine
salvum me fac. et psalmos nostros cantabi
mus cunctis diebus uite nostre in domo dni.
Requiem eternam dona eis domine. Et

lux perpetua luceat eis. an. Aporta in
feri. erue domine animas eorum. antha.
Omnis spiritus. psalmus dauid.

Laudate dominum de celis. lau
date eum in excelsis. Lauda
te eum omnes angeli eius. lau
date eum omnes uirtutes eius. Lau
date eum sol ⁊ luna. laudate eum omes
stelle ⁊ lumen. Laudate eum celi celo
rum. ⁊ aque que sup celos sūt laudēt no
men domini. Quia ipse dixit ⁊ facta sūt.
ipse mandauit ⁊ creata sunt. Statuit e
a in eternum ⁊ in seculum seculi. precep
tum posuit ⁊ non preteribit. Laudate
dominum de terra. dracones et omnes a
byssi. Ignis grando nix glacies spiritus
procellarum. que faciunt uerbum eius.
Montes ⁊ omnes colles. ligna fructife
ra et omnes cedri. Bestie ⁊ uniuersa
pecora. serpentes ⁊ uolucres pennate.
Reges terre et omnes populi. principes

7 omnes iudices terre. Iuuenes 7 uir
gines senes cum iuuenib⁹ laudent no
men domini. quia exaltatum est nome
eius solius. Confessio eius sup ce
lum et terram. et exaltauit cornu po
puli sui. Hymnus omnib⁹ sanc
eius filijs israel populo appinquanti si
bi. psalmus dauid.

Cantate domino canticum no
uum. laus eius in ecclia sanc
torum: letet israel in eo qui fecit
eum. 7 filie sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro. in ty
pano 7 psalterio psallant ei. Quia be
neplacitum est domino in populo suo.
7 exaltauit mansuetos in salute. Exul
tabunt sancti in gloria. letabuntur in cu
bilibus suis. Exultationes dei in gut
ture eorum. 7 gladij anceps in manu
bus eorum. Ad faciendā uindictā
in nationib⁹. increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedib⁹.
7 nobiles eorum in manicas ferreas. Ut
faciant in eis iudicium conscriptū. glo
ria hec est omnibus sanctis eius. psalmus.



Laudate dominum in sanctis eius.
laudate eum in firmamento
virtutis eius. Laudate eū
in virtutibus eius. laudate eum secundū
multitudinem magnitudinis eius. L
audate eum in sono tube. laudate eum in
psalterio 7 cythara. Laudate eum in
tympano 7 choro. laudate eum in cordis
7 organo. Laudate eum in cymba
lis benesonantibus. laudate eum in cym̄ba
lis iubilationis. omnis spūs laudet do
minum. Requiem eternam dona eis
domine. Et lux perpetua luceat eis.
ant. Omnis spūs laudet dñm. ℣.

Audivi vocem de celo dicentem mihi ℟.
Beati mortui qui mortui qui in dom
no moriuntur. antha. Ego sum.

Benedictus dominus. canticum.
deus israel. quia visitauit & fe
cit redemptionem plebis suc.
Et erexit cornu salutis nobis. in do
mo dauid pueri sui. Sicut locutus e
s per os sanctorum. qui a seculo sunt pro
phetarum eius. Salutem ex inimicis
nris. et de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cum pa
tribus nris. & memorari testamenti sui sci
i. Jus iurandum quod iurauit ad abra
am patrem nrm daturum se nobis. Ut
sine timore de manu inimicorum nros
liberati seruiamus illi. In sanctitate
& iustitia coram ipo. omnibus diebus nris.
Et tu puer propheta altissimi uocaberis. preibis enim ante faciem domini pa
rare uias eius. Ad dandam scientiam
salutis plebi eius. in remissionem peccato
rum eorum. Per uiscera misericordie
dei nri. in quibus uisitauit nos oriens ex al

to Illumina re his qui in tenebris et
umbra mortis sedent. ad dirigendos pe
des nros in viam pacis. Requiē ētnā
dona eis dne. et lux perpetua luce
at eis. ant. Ego sum resurrectio et vita
qui credit in me etiam si mortuus fuerit
viuet et omnis qui viuit et credit in me
non morietur in eternum. Kyrieley
son. Xpe leyson. Kyrieleyson
Pater noster. V. Et ne nos īduc
as in temptationem. R. Sed libera
nos a malo Amen. psalmus.

De profundis clamaui ad te do
mine. domine exaudi vocem
meam. Fiant aures tue
intendentes. in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dne.
domine quis sustinebit. Quia apud
te propitiatio est. et propter legem tuā. su
stinui te domine. Sustinuit anim
mea in verbo eius. Speuit aīa mea in

domino. ℣. Custodia matutina usq;
ad noctem. speret israel in domino. ℟. Qui
apud dominum misericordia & copiosa
apud eum redemptio. ℣. Et ipse redi
met israel. ex omnibus iniquitatibus eius.
℟. Requiem eternam dona eis domine.
℣. Et lux perpetua luceat eis. ℟. Por
ta infernj. ℣. Ne domine aias
eorum. ℟. Requiescant in pace. ℣.
Amen. ℟. Domine exaudi ora
tionem meam. ℣. Et clamor meus
ad te veniat. ℟. Dominus. Oratio.

Deus qui inter apostolicos sa
cerdotes tuos pontificali fas
tu. dignitate uigere. p̄cipis
quesumus. ut eorum perpetuo aggregē
tur. & sorte. Oratio.

Deus uenie largitor. & humane
salutis amator. quesumꝰ cle
mentiam tuam. ut nos cōgre
gationis. fratres sorores p̄opinquos &

benefactores meos qui ex hoc seculo tra
sierunt beata maria semper virgine in
tercedente cum omnibus sanctis. ad perpe
tue beatitudinis consortium perducere
xedas. oratio.

Actum deus omnium con
ditor. et redemptor. animabus
famulorum famularumque tuarum
remissionem cunctorum tribue peccato
rum. ut indulgentiam quam semper op
tauerunt. pijs supplicationibus consequan
tur. Qui unus et regnas deus per omnia
secula seculorum. R. Amen. V.

Dominе exaudi orationem meam. R.
Et clamor meus ad te veniat. V.
Requiescant in pace. R. Amen.

Explicat officium mortuorum.

Frater Amadeus. sb.

Incipiunt septem psalmi penitentiales. ant.
Ne reminiscaris domine. psalmus.

DOMINE
furore tuo arguas me. neq; in ira tua co
ripias me. Miserere mei domine quo

mam infirmus sum. sana me domine. q
quoniam conturbata sunt omnia ossa
mea.

Et anima mea turbata est valde. set
tu domine usquo.

Convertere domine et eripe animam
meam. salvum me fac propter misericor
diam tuam.

Quoniam non est in morte qui me
mor sit tui. in inferno autem quis con
fitebitur tibi.

Laborabo in gemitu meo. lavabo per
singulas noctes lectum meum lacrimis
meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus.
inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini
iniquitatem. quoniam exaudivit dns
vocem fletus mei.

Exaudivit dominus deprecationem
meam. et dns orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei. conuertantur & erubescant ualde uelociter.

Gloria patri & filio. & spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc & semp. & in secula seculorum amen. psalmus

Beati quorum remisse sunt iniquitates eorum. & quorum tecta sunt peccata.

Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum. nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus. conuersus sum in erumpna mea. dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci. et iusticiam meam non abscondi.

Dixi confitebor aduersus me iniusticiam meam domino. et tu remisisti impietatem peccati mei.

Proh hac orabit ad te omis sanctus i
tempore oportuno.
Verumtamen unda in diluuio aquarum
multarum. ad eum non approximabunt.
Tu es refugium a tribulatione que circu
dedit me. exultatio mea. erue me a cir
cumdantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruam te i
uia hac qua gradieris: firmabo super te ocu
los meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus q
bus non est intellectus.
In camo et freno maxillas eorum
constringe. qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris. sperantem
autem in domino misericordia circumda
bit.
Letamini in domino et exultate iusti.
et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri et filio. et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et sep-

7 in secula seculor amen. psalmus.

Omine ne in furore tuo ar
guas me. neq; in ira tua co.
ripias me.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mi
chi. 7 confirmasti super me manū tuā.

Non est sanitas in carne mea a facie ire
tue. et non est pax ossibus meis a facie pec
catorum meor.

Quoniam iniquitates mee super egres
se sunt caput meum. et sicut onus gra
ue et grauate sunt super me.

Putruerunt 7 corrupte sunt cicatrices
mee a facie insipientie mee.

Miser factus sum et curuatus sum us
q; in finem. tota die contristatus ingre
diebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt il
lusionib. et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum ni
mis. rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum. & gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est in me. et reliquit me virtus mea. & lumen oculorum meorum. et ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei. adversum me appropinquaverunt & steterunt.

Et qui juxta me erant de longe steterunt. & vim faciebant qui quaerebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates. & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam. & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens. & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam ante te domine spera. tu

exaudies dñe deus meus.

Qñ dixi nequando supgaudeant mi
chi inimici mei. dum cõmouentur pedes
mei. sup me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum
sum. & dolor meus in conspectu meo sẽ
per.

Quoniam iniquitatem meam ãnũ
tiabo. & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei uiuunt & cõfir
mati sũt sup me. & multiplicati sunt q
odierunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis de
tractabant michi. quoniam sequebar
bonitatem.

Ne derelinquas me dñe deus
meus. ne discesseris a me.

Intende in adiutoriũm meum. do
mine deus salutis mee.

Gloria patri & filio. et spũi sancto.
Sicut erat in principio. &c. psalmus.

Miserere mei deus. secdm ma
gnam misericordiam tuam.
Et secdm multitudinem
miserationum tuarum. dele iniquita
tem meam.
Amplius lava me dne ab iniqui
te mea. et a peccato meo munda me.
Quoniam meam ego cognosco. et pec
catum meum contra me est semp.
Tibi soli peccavi et malum coram te
feci. ut iustificeris in sermonib⁹ tuis. et
vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatib⁹ conceptus sū.
et in peccatis concepit me mat̄ mea.
Ecce enim veritatem dilexisti. incer
ta et occulta sapientie tue manifestasti
mihi.
Asperges me dne et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū et letitiam.
et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis. et
omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus. et spm
rectum innova in uisceribus meis.
Ne proicias me a facie tua. et spm scm
tuum ne auferas a me.
Redde mihi letitiam salutaris tui. et spu
principali confirma me.
Docebo iniquos uias tuas. et impii ad te
conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus sa
lutis mee. et exultabit lingua mea iusticiam
tuam.
Domine labia mea aperies. et os meum
annuntiabit laudem tuam.
Quoniam si uoluisses sacrificium dedis
sem utique holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spūs contribulatus cor
contritum et humiliatum deus non de
spicies.
Benigne fac domine in bona uoluntate

te tua syon. ut edificentur muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta tunc imponēt super altare tuum uitulos.
Gloria patri & filio & spiritui sancto.
Sicut erat in principio &c. psalmus.
Omnine exaudi orationem meam. & clamor meus ad te ueniat.
Non auertas faciem tuam ameam quacūq; die tribulor. inclina ad me aurem tuam.
In quacūq; die inuocauero te. uelociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei. & ossa mea sicut gremium arserunt.
Percussus sum ut fenum & aruit cor meum. quia oblitus sum comedere panem meum.
Voce gemitus mei. adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudi

dums. factus sum sicut mticorax nroom
alio.
Vigilaui et factus sum. sicut passer so
litarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimi
ci mei. et qui laudabant adversum me iu
rabant.
Quia cinerem tanq̃ panem manducā.
et potum meum cū fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue. quia el
euans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinauerunt.
et ego sicut fenum arui.
Tu aūt domine in eternum permanes.
et memoriale tuum in generatione et ge
nerationem.
Tu exurgens misereberis syon. quia
tempus miserendi eius quia uenit tem
pus.
Quoniam placuerunt seruis tuis la
pides eius. et terre eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum do
mine. & omnes reges terre gloriam tuā.
Quia edificauit dominus syon. & vi
debitur in gloria sua.
Respexit in oratione humilium & nō
spernit preces eorum.
Scribantur hec in generatione altera.
& populus qui creabitur laudabit dñm.
Quia prospexit de excelso sancto suo.
dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditorum. ut
solueret filios interemptorum.
Ut annuntient in syon nomen domini.
& laudem eius in hierusalem.
In adueniendo populos in unum. et
reges ut seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue. pau
citatem dierum meorum nuntia michi
Ne reuoces me in dimidio dierum meo
rum in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundasti. &

opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem permanes. et om
nes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut operimentum mutabis eos et mu
tabuntur. tu autem idem ipse es. et anni tu
i non deficient.
Filii seruorum tuorum habitabunt et
semen eorum in seculum dirigetur.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio. et. psalmus.
De profundis clamaui ad te domine.
Domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes.
in uocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine do
mine quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est. et propter le
gem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in uerbo eius spe
rauit anima mea in domino.
Custodia matutina usque ad noctem spe

ret israel ut de omnibus.

Quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel. ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper. et in secula seculorum amen. psalmus

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo domine. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam. humiliauit in terra uitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. et anxiatus est super me spiritus meus in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum. meditabar

tuis ſum in omnibꝫ operibꝫ tuis & in factis
manuum tuarum meditabor.
Expandi manus meas ad te. anima mea
ſicut terra ſine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine. defecit ſpꝰ
meus.
Non auertas faciem tuam a me. & ſimilis
ero deſcendentibꝫ in lacum.
Auditam fac mihi mane miſericordi
am tuam. quia in te ſperaui.
Notam fac mihi uiã in qua ambulem.
quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine. ad
te confugi doce me facere uoluntatem tuã.
quia deus meus es tu.
Spꝰ tuus bonus deducet me in terram
rectam. ppter nomen tuum domine. uiui
ficabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam me
am. & in miſericordia diſperdes inimicos
meos.

Ad pedes omnes qui tribulant animam meam quoniam ego famulus tuus sum.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen. antiphona.

Memor esto verbi tui servo tuo in quo mihi spem dedisti hec me consolata est in humilitate mea quia eloquium tuum vivificavit me.

Ad complendum septem psalmos penitentiales.

Incipiunt letanie sanctorum.

Kyrie

Incipiunt letanie sanctorum.

KYRIELEYSON

Xpe leyson. Kyrie leyson.

Xpe audi nos. Xpe exaudi nos.

Pater de celis deus miserere nobis.

Uly redemptor mundi deus miserere
nobis.
Spiritus scē deus miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus miserere
nobis.
Sancta maria ora pro nobis.
Scī dei genitrix ora pro nobis.
Scī virgo virginum. ora.
Scē Michael. ora
Scē Gabriel. ora.
Scē Raphael. ora.
Omnes scī angeli archangeli orate
pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum
ordines orate pro nobis.
Scē Johannes baptista. ora.
Omnes scī patriarce & prophete. ora
te pro nobis.
Scē Petre. ora.
Scē Paule. ora.
Scē Andrea. ora.

Sce Jacobe. or.
Sce philippe. or.
Sce Bartholomee. or.
Sce Thoma. or.
Sce Mathee. or.
Sce Jacobe. or.
Sce Symon. or.
Sce Thadee. or.
Sce Mathia. or.
Sce Barnaba. or.
Sce Marce. or.
Sce lucha. or.
Omnes scī apostoli ⁊ euangeliste ora
te pro nobis.
Omnes sancti discipuli dominī ora
te pro nobis.
Sce Stephane. or.
Sce Clemens. or.
Sce Laurēti. or.
Sce Vincenti. or.
Sce Blasij. or.

cē Cpofore. ō.
cē Fabiane. ō.
cē Sebastiane. ō.
cē Cosme. ō.
cē Damiane. ō.
cē Georgij. ō.
cē Sixte. ō.
cē Prothi. ō.
cē Protti. ō.
cē Line. ō.
cē Cleti. ō.
cē Celse. ō.
cē Nabor ō.
cē Felic. ō.
cē Faustine. ō.
cē Jouite. ō.
cē Prime. ō.
cē Feliciane. ō.
cē Alexandri. ō.
cē Cumfortij. ō.
cē Juliane. ō.



cē Marcelline. or.
cē Tite. or.
cē Modeste. or.
cē Vitalis. or.
cē Dominne or.
cē Urbane. or.
cē turbuntj. or.
cē Valentine. or.
cē Romane. or.
cē Comedj. or.
cē Cipriane. or.
cē Dalmatj. or.
cē fortunate. or.
cē Donate. or.
mnes sancti martires orate pro nobis
cē Siluester. or.
cē Gregory. or.
cē yeronime. or.
cē Ambrosij. or.
cē Augustine. or.
cē Martine. or.

cē Nicholae. or.
cē Syre. or.
cē Dyonisij. or.
cē simpliciane. or.
Omnes scī episcopi & doctores. orate p
nobis. or.
Omnes scī Benedicte or.
cē Antonij. or.
cē Galle. or.
cē Maure. or.
cē Bernarde. or.
cē Leonarde. or.
cē Dominice. or.
cē Francisce. or.
cē Iacobe. or.
cē Bertrame. or.
cē Honofri. or.
Omnes sancti monachi et heremite
orate pro nobis.
Omnes scī & scē orate pro nob.
cā maria magdalena. or.



cā Marta. ℞.
cā Agnes. ℞.
cā Katherina. ℞.
cā Margarita. ℞.
cā Agatha. ℞.
cā Lucia. ℞.
cā Cecilia. ℞.
cā Anna. ℞.
cā Elysabeth. ℞.
cā Veronica. ℞.
cā Felicitas. ℞.
cā Perpetua. ℞.
cā Apolloma. ℞.
cā Tegla. ℞.
cā Brigida. ℞.
cā Juliana. ℞.
cā Scolastica. ℞.
cā Anastasia. ℞.
cā Justina. ℞.
cā Mustiola. ℞.
cā Cristina. ℞.

Scā Ursula. or.
Scā helena. or.
Omnes scē uirgines 7 uidue. orate pro
nobis.
Omnes scī continentes 7 coniugate.
orate pro nobis.
Omnes sancti et sancte dei orate p
nobis.
Propitius esto parce nobis domine.
Propitius esto exaudi nos domine.
Propitius esto libera nos domine.
Ab omni malo libera nos domine.
Ab ira odio 7 mala uoluntate libera
nos domine.
Ab omni peccato. l.
A subitanea 7 improuisa morte. l.
Ab insidijs diaboli. l.
A spiritu fornicationis. l.
A fulgore 7 tempestate. l.
A morte perpetua. l.
Per misterium scē incarnationis

nie.
Per aduentum tuum.
Per natiuitatem tuam.
Per circumcisionem tuam.
Per baptismum tuum.
Per sanctum ieiunium tuum.
Per scam crucem & passionem tuã.
Per mortem et sepulturam tuam.
Per sanctam resurrectionem tuam.
Per sanctam ascensionem tuam.
Per aduentum spus scī paracliti.
In die iudicij.
Ecclesiam tuam regamus audi nos.
Ut nobis parcas.
Ut nobis indulgeas.
Ut aduersam penitentiam nos perdu
cere digneris.
Ut dominum apostolicum et omes
ecclesiasticos ordines in sancta religio
ne conseruare digneris.
Ut inimicos scē ecclesie humiliare

digneris. Te.
Ut regibus et principibus xpianis
pacem et ueram concordiam donare
digneris. Te.
Ut dnm nrm dnm comitem sani
tatem et pacem cum regere digneris
te rogamus audi nos.
Ut cuncto populo sibi commisso pa
cem et unitatem donare digneris. Te.
Ut nos metipsos in tuo sco seruitio
confortare et conseruare digneris. Te.
Ut mentes nras ad celestia deside
ria erigas. Te.
Ut omnibus fidelibus xpianis pacē
et unitatem largire digneris. Te.
Ut omnibus benefactoribus nostris
sempiterna bona retribuas. Te.
Ut animas nras fratrum propin
quorum et benefactorum nrorum ab
eterna dampnatione eripias. Te.
Ut fructus terre dare et conseruare

Et omnibꝫ fidelibꝫ defunctis requiem
eternam donare digneris. Tu.
Et nos exaudire digneris. Tu.
Fili dei redemptor mundi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
miserere nobis.
Pe audi nos.
Pe exaudi nos.
Kyrieleyson.
Pe leyson.
Kyrieleyson.
Pater noster.
Et ne nos inducas in temptationem:
Sed libera nos a malo.

Amen.

Eus in ad
iutorium
meum inte
de. Domi
ne ad adiuuan
dum me festina. Confundantur et
reuereantur. qui querunt animam.
Auertantur retrorsum et erubescant q
uolunt michi mala.
Auertantur statim et erubescentes. q
dicunt michi euge euge.
Exultent ⁊ letentur in te omnes q que
runt te: ⁊ dicant semper magnificetur do
minus qui diligunt salutare tuum.
Ego uero egenus ⁊ pauper sum deus
adiuua me.

Adiutor & liberator meus es tu. domine
ne moreris.
Gloria patri et filio. & spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & semper
& in secula seculorum amen. ℣.
Salvos fac servos tuos et ancillas tuas.
℟. Deus meus sperantes in te. ℣.
Esto nobis domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici. ℣.
Nichil proficiet inimicus in eo. ℟.
Et filius iniquitatis non apponet no
cere ei. ℣.
Domine non secundum peccata nostra
facias nobis. ℟.
Neq; secundum iniquitates nostras re
tribuas nobis. ℣.
Oremus pro benefactoribus nris. ℟.
Retribuere dignare domine deus om
